

prodesse, nosque et alii sibi commissi sub ejus sacro regimine possumus coram Deo salubriter militare. Vt autem omnium nostrum et singulorum vota in omnibus predictis et singulis concordasse, et in hanc electionem et petitionem conuenisse noscatis, Reuerende Paternitati vestre hoc canonicum decretum, continens et explicans omnia in electione ipsa acta, transmittimus, sigillo nostri Capituli roboratum. Et vt nihil de contingentibus omittamus, et constitutionibus sanctorum Patrum per omnia satisfaciamus, duos . . . \*).

*Öfverskrift:* Decretum Electionis Archiepiscopi Vpsalensis missum Archiepiscopo Lundensi pro confirmatione.

3601.

1341 d. 22 Oct.

OLOF, f. d. Prost i Ångermanland, Kyrkoherde vid Vårfrukyrkan i Enköping, gifver, som syndabot för sig och sin trogna tjenarinna Ragna, 17 sättungsland i Åsänge och 7 sättungsland på  $\frac{1}{3}$  när i Wandesta i Nordingrå socken jemte en äng i Nora socken till Helgeandshuset i Stockholm.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis Olauus condam prepositus angermannie curatus ecclesie beate virginis enecopie salutem in domino sempiternam Quia nichil est certius morte. nichilque incertius hora mortis. oportet anime antequam morte preueniatur salubriter preuidere, Volo igitur per presentes vt omnibus tam ad presens quam in futurum euidentius innotescat. me tam ex parte mulieris cuiusdam michi familiaris in seruicioque fideliter inuente nomine Rangno quam ex parte persone mee proprie. predia infrascripta in terra Helsingie sita ex mea industria acquisita. videlicet decem et septem siætungaland terre. parochia nordhugaradh. villa asænge, et septem siætungaland terre. tercia parte vnus siætungaland minus. villa vandæstadha. parochia eadem et vnum pratium in wlgari dictum vaghin. parochia nora. ob remissionem peccatorum nostrorum ad domum sancti spiritus stokholmis. ex instinctu diuine gracie. affectuque mee bone voluntatis. dedisse. dimisisse. et contulisse. perpetuis temporibus irreuocabiliter possidenda. abdicando michi et meis antedicta predia. in domum prenominatam omne jus domini et possessionis. eorundem prediorum transfereudo cum eorum singulis et omnibus adiacenciis redditibus prouenienciis quibuscumque In cuius rei testimonium sigillum ciuitatis stokholmensis et sigillum meum proprium vna cum sigillis fidedignorum. frowini et hinrici borcardson

\*) Här afbrytes afskriften, utan någon anmärkning eller upplysning huruvida den följda copian innehållit något mera.

proconsulum detmari longi et johannis lon. consulum presentibus sunt ap-  
pensa. Datum anno domini M° CCC° XL° primo jn crastino vndecim milium  
virginum.

Sigillen: N:o 1, Stockholms stads, fragment; N:o 2, Olavi Sacerdotis, andligt; N:o 3, »S. Frowini  
de Endrichvse» (bomärke); N:o 4, »S. Hinrici . . . . ardi», adligt (sparre omgifven af  
3 hjul); N:o 5 fragment, bomärke; N:o 6 borta, remsan qvar.

**3602.**

**1341 d. 28 Oct.**

**Wiboryd.**

Riddaren KNUT FOLKESON gifver sin tjenare Peter Brun  $\frac{1}{2}$  öreländ i Frölinge i Fogdö (Gamlaklo-  
sters) socken.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus, Kanutus folkason miles, salutem  
in domino sempiternam, Tam posteris quam modernis, tenorepresencium pa-  
teat vniuersis, quod recognosco me. viro discreto. Petro brun dilecto famulo  
meo, amore sui fidelis seruicii. dimidiam oram terre in frölinghum foodhø in  
parochia, dicta wlgariter gamblaklosters soonk sitam, cum omnibus suis adia-  
cenciis. siccis et humidis. prope vel remote positis in perpetuam possessionem  
veraciter contulisse, mihi. liberisque meis et heredibus penitus alienatam, Ip-  
sique Petro prenominato plenam potestatem ac liberam. dictam terram ven-  
dendi. commutandi. donandi seu quocumque modo voluerit pro suis vsibus  
libere ordinandi, confero per presentes, Jn huius recognicionis euidentiam  
firmiorem sigillum meum presentibus est appensum, Datum viborydh, Anno  
domini. M°. CCC°. XL°. primo in die apostolorum symonis et iude.

Sigillet borta, den ur brefvet klippta remsan qvar.

**3603.**

**1341 d. 28 Oct.**

NILS GUTTORMSSON borthbyter en gård i Hervista i Edsbergs socken i Nerike till Riseberga kloster,  
mot en gård i Ljungby i Egby socken i Ostergötland, med uppgift på utsedda fastar.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. Nicholaus guththormi. in domino  
salutem sempiternam. quia preteritorum recordacio propter humane fragilita-  
tis infirmitatem obliuionis detecte velamine verior aut complecior. non serua-  
tur. quam quod in omnem euentum et ad cautelam pro futuro in litteris

\*) Fins äfven på samma ställe i en vidimation, utgifven af Advocatus, Borgmästare och Råd i Streng-  
näs, d. 10 Jan. 1346.